



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De diuersa ratione personæ & officij. tit. 214

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

non potest dici de priuato homine aut doctore.
 Tertiò, ex illo notatur, quomodò hæretici solùm
 sic facum faciunt coram vulgo, sicuti Pharisei con-
 tra Christum dixerunt: Nunquid tu maior es patre
 nostro Abraham, Ioann. 8? & eum lapidare volebant.
 Admonet igitur Apostolus Roman. 12. Si quis habet
 prophetiæ donum, id est, intelligentiam scripturarũ,
 illa sit cõsona fidei catholicę. At verissimum signum
 falsitatis est, quoniam omnes sectę transcunt sicut
 fumus ignis. Veritas autem Ecclesię catholicę ma-
 net in æternum, sicut dicit Dauid Psalm. 116. Etiam
 non agitur aut laboratur de textu scripturę, sed po-
 tius de eius interpretatione. Ideo Ecclesia habet hæc
 potestatem probandi spiritus, an sint à Deo, i. Ioann.
 4. Concilium ergo non propter scripturam, sed pro-
 pter verum intellectum scripturę seruat.

DE DIUERSA RATIONE

personæ & officij.

TITVLVS CCXIII.



Primò, sectę prætendunt causam de-
 cessionis suæ ab vnitate Ecclesię,
 quoniam Papa viuunt impiè, Episco-
 pi solutè, Monachi sacrilegè & ma-
 iorè, &c. Subin- dè in eorum, id est, pa-
 tristarum Ecclesia, est adoratio pa-
 tris, mortuorum nominum, id est, sanctorum adoratio,
 que sunt mera idololatria, & impurus calibatus sa-
 cerdotum. Communio sine calice, &c. ergo iustus est
 urgente conscientia hic recessus à tali Ecclesia pecca-
 torum.

Secundò, apud Ecclesiam catholicam magnum ha-
 betur discrimen inter personam & officium, inter
 hominem & dignitatē: Papatus, Episcopatus, sacer-
 dotiũ, Monachatus; ordo Hierarchicus, potestas, sunt
 officia

officia & ordinationes diuinæ, Deus ordinauit hæc officia, vt Papa loco Dei, & Christi præsit ouibus in docendo, Ioan. 21. Pascite oues meas, & 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei, &cæt. Hoc est officium quod Deus commisit & ordinauit Petro, & omnibus illi subiectis Episcopis, sacerdotibus, monachis, clericis, etiã ordo Hierarchicus præsit, id est, quod sint Prælati, Doctores, Pastores, Ephe 4. qui edificet corpus Christi mysticum, regantq; oues: Magistratus in re ciuili rem politicam, vt sint sic omnia ordinata, Roman. 13. Hic ordo est res diuina, pura, sancta, quam etiã Christus suo sanguine confirmauit & constituit. Ad illam igitur ordinationem oportet semper respicere, id est, quod officium & dignitatem in vnoquoq; statu Deus ordinauit, potestatem & superioritatem dedit. Ideo Dei ministræ sunt vtræque potestates, 1. Cor. 4. Rom. 13. Igitur propter Deum sunt venerandi, & illis est obediendum, 1. Petr. 2. & non ab illorum obedientia recedendum.

Tertiò, alia res est de persona. Fieri potest, quod persona & homo sit malus, vt humano more sint impij, Papa, Episcopus, sacerdos & alij, sed hoc non tollit propterea officium & potestatem hominum: nam hominum sunt peccata, non Ecclesiæ, non Papatus, non Episcopatus, aut sacerdotij vel monachatus, manet officium incorruptum & purum. Homines mali sunt, non Ecclesia, vel officium papatus: ideo & Christus separat doctrinã & officium à vita sacerdotum, Mat. 23. dicens: Super cathedram Moysis &c. quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, ne faciatis, & Apostolus aperte dicit: Obedite prepositis vestris etiam discipulis. Caiphas prophetauit verum, quia erat pontifex, Ioan. 11. Patitur Christus sententiã mortis à Pilato super eum ferri, propter potestatem ei datam de super, Ioannis 19. Non ergo sequitur: Papa, vt homo, est

est malus : ergo & Papatus est malus : Episcopus, vt homo & in sua persona, est malus : ergo & Episcopatus, &c. Apollo est adulter vt homo, ergo matrimonium est malum, &c. Hæc quoniam discernere sectarum nolunt, fiunt schismatici & contumaces prælati.

Quartò, quòd grauant Ecclesiam, quia adorant patrem & mortuos homines, &c. Quòd porrigit sacramentum sine calice, celebrat Missas pro defunctis, &c. non fit ea intentione, sicut hæretici ralsò calumniantur Ecclesiam, sed hoc modo : Adoramus Christi diuinitatem : veneramus, non adoramus sanctos : petimus in Missa, vt Deus propter Christum misereatur animabus, &c. etiam hæc supra annos mille fuerunt à sanctis patribus in Ecclesia obseruata, & nunc tanto tempore confirmata, vsq; in hunc diem in eadem immota permanent, &c. Non igitur habent sectæ iustas causas recedendi ab Ecclesia, sed odio & studio sathanæ fit. At Deus non est Deus dissensionis, sed pacis, 2. Corinth. 13.

*SECTAE NOLUNT IN
odio aut extra unitatem Eccle-
sia esse.*

TITVLVS CCXV.

Augustinus super Epistolam Ioann. tractatu 3. Exierunt plerique à nobis, & facti sunt Donatistæ. A nobis ipsi exierunt, non nos ab ipsis: quod sic probatur, nos manemus circa hæreditatem, quam Deus contulit Christo, & est hæc hæreditas, de qua Psalm. 28. inquit Deus Christo, Trado tibi in possessionem & hæreditatem terminos terræ. Ergo hæc fides est catholica & vera Christi fides, quæ communikat, & non discrepat à toto orbe terrarum: sed vos
Illi 3 Dona.